

rato⁶, | ob eius erga se merita. Honore | contentus impendium remisit. |
L. d. d. d.

*Ad Danuvium rep. non longe ab eo loco ubi fuit Oescus, est Bukaresti (III 753. III S. 7429 vidit Domaszewski). — 1) Cf. N. 1464. — 2) Conductori publici portorii Illyrici et ripae Thraciae (cf. N. 1855). — 3) Nota civitates quae Capitonem honoribus affecerunt, omnes esse earum provinciarum quarum portoria ille rede-
merat. — 4) Honores in Capitonem ab ipsis Oescensibus collati (praeter ius sen-
tentiae dicendae) redeunt infra (cf. not. 6) in clausula tituli; videntur hoc loco
postea demum intrusi esse, unde explicatur, nonnulla minus apte dicta esse. —
5) Augustalium. — 6) Titulus positus est Capitoni ab ordine Oescensium sub statua
quam aere collato fecerat, cum ei praeterea ornamenta sacerdotalia decrevisset;
additur iam pridem eidem ornamenta duoviralia decreta esse.*

1466 I. o. m. | M. Trebius | M. fil. Palat. | Alfius equo | p., praef.
i. d. | Aquil.¹, | c. f. N.², | v. s. l. m.

*Tiffen prope Feldkirchen Carinthiae, non longe a Viruno capite Norici, rep.
(III 4788 bis descripta). — 1) Praefectus iure dicundo Aquileiae. — 2) Conductor
ferrariarum Noricarum.*

1467 Isidi Norei. | v. s. l. m. | pró salute | Q. Septuei | Clémentis
| con. fer. N.¹ p. d.² | et Ti. Cl. Héraclae | et Cn. Octa. Secundi | pro. fer.³,
Q. Septueius | Valéns pro. ferr.⁴

*Rep. non longe a rudibus Viruni, est Klagenfurt (III 4809 vidit Mommsen).
— 1) Conductoris ferrariarum Noricarum. — 2) Partis dimidia, proposuit
Mommsen; Pannonicarum Dalmaticarum, Hirschfeld Verw. p. 76. — 3) Procura-
torum, 4) procurator ferrariarum.*

1468

L. Calius M. f. Cla. Cremona Na¹
Concordia², decurio, quaestor [in]
operis publicis in Bithynia fuit; is tes[tamento . . . sibi et . . Calio M. f.]
Cla. Cremona² Malliolo fratri, is fo
et in operis publicis in Asia et Isau[ria fuit]

*Concordiae, nunc Utini (V 8666 descripsit Majonica). — 1) Litteras non-
nullas nunc deperditas servavit apographum factum saec. XVI; eas litteras dedi
inclinatas. — 2) Propter tribum Claudiam Mommsenus fratres hos putat fuisse ori-
gine Concordienses, nam Cremonenses fuerunt in Aniensi, sed natos Cremonae et
alteram hanc domum abusive adscripsisse.*

1469 P. Caesius P. f. Rom. | aedilis Sorae, | publicanus | Romae. |
[Arb.] Arri Paedatis | [et] Hilari l. me. . . .
Aquileiae (V 956 aliquoties descripta saec. XVI—XVIII).

1470 P. Calvius Sp. f. | Iustus | mancips (sic) | officinarum | aera-
riarum | quinquae (sic) | item flaturae | argentariae, | hoc monumentum |
cum aedificio | me vivus feci mihi et | Calviae | Asclepiadi | coniugi.
Romae (VI 8455 vidit Henzen).